Herolt, Johannes: [De eruditione christifidelium] Liber Discipuli de eruditione christifidelium
[Reutlingen: Michael Greyff], [ca. 1481] Seite 60



ista ſex iam dicta tenentꝛ filij parentibus ſuis·

## Quomodo mali filij puniuntur· B

f Filiorū cor ꝑforatur quintuplici haſta diuine vltionis qui ſu
os ꝑentes ꝑturbant·vel eoꝝ indigentias non ſubleuant·aut
eorū mandatis ꝑtinaciter recalcitrant·Prima eſt rerum tꝑa=
lium ſubtractio·nam diuino iudicio digne talibꝰ infortunia
rerum eueniūt·qui ſuis ꝑentibus ꝯtra diuinū preceptum in ſuis indigē
tijs non ſuccurrūt·Ergo tales mali filij ſepe ⁊ frequēter depauꝑant
et diuitijs ſuis priuantꝛ·et ſemꝑ habebūt infortunia in tꝑalibus rebus
et hoc meruerunt in parentibus·quia tales filij quandoqꝫ captiuantꝛ
vel etiam quandoqꝫ ſpoliantur a raptoribus·vel etiam quandoqꝫ bo=
na eorum igne cōburuntur·et ſic de alijs infortunijs·Secundo puni=
untur in filijs ꝓprijs·et hoc dupliciter·Primo ꝙ ipī filij qn̄qꝫ eis mori
untur ꝓpter inhonoratōem parentū·Exemplū in ceſario de illo qui in=
honorauit matrē ſuam et filij eius oēs in breui defuncti ſunt·Scdo
ſi filij ſuꝑuixerint tūc qn̄qꝫ ꝯtingit vt talis in ſua ſenectute filios ſibi
duros inueniat·Et hoc multotiens iuſto dei iudicio ꝑmittitur·Vnde le
gitur ꝙ quidā paterfamilias totam hereditatē ſuam dimiſit filio ſuo·
Filius vero ille primo benigne ſe habuit erga prēm·ſed poſt expulit eū
a thalamo ſuo volens thalamū ſibi habere et vxori ſue·Et ad vltimū
fecit ſibi lectū fieri poſt hoſtium·et cū hyems eſſet et ſenex pater frigo=
re grauaretꝛ (quia filijs abſtulerat ſibi bonū cooꝑtorium) ipē rogauit
filiū filij vt rogaret ꝓ eo vt daret ei aliquid ad tegendū ſe·Puer aūt
vix obtinuit duas vlnas butelli a patre ſuo ad opus aui ſui·Et cū alie
due remanerent·puer flendo rogauit eū vt ſibi eas daret·Qui fletibꝰ
illius victus·quereret quid inde faceret·Filius reſpōdit·ſeruabo illas
quouſqꝫ talis ſis qualis eſt pater tuus·nec dabo tibi amplius·ſicut tu
modo nō vis dari patri tuo·Tercio puniuntꝛ in corpore ꝓprio·qꝛ qn̄qꝫ
tales filij incurrūt cecitatem·Vnde Hiero·ſuꝑ illo verbo·Honora pa=
trem et matrē·Meretꝛ cecitatis ſue ſubire ſuppliciū·qui parentū vul=
tus toruo viſu deſpexit et elatis oculis leſerit pietatē·Item qn̄qꝫ incur
runt claudicatōem ariditatē et infirmitates diuerſas·qꝛ non ſeruierūt
parētibus cum corꝑe qd̓ ab ipſis receperūt·Quarto qn̄qꝫ puniuntur ꝑ
adbreuiatōem tꝑalis vite·Nam ſicut premiū parentes honorantiū eſt
vite longeuitas·vt patet Eccleſi·iij·Qui honorat patrem ſuū vita vi=
uet longiori·Sic a ſenſu ꝯtrario ipōs dehonorantiū eſt vite breuitas
quia plurimi tales filij proterui improuiſa et ſubitanea morte moriun=
tur·Vnde pſal·Subito defecerūt·perierunt ꝓpter iniquitatē ſuā·Quin
to puniuntur eterna morte·hoc malum eſt ſuꝑ omne malū·Vnde gloſa
ſuꝑ illud Exo·xxi·Qui maledixerit patri vel matri morte moriatur di=
cit ꝙ moritur morte eternē damnationis·Nec mirum ſi tales reputan=

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-434/0059
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG